

Beiträge

zur Vita des Abtes Johann Rode von St. Matthias bei Trier

† 1439.

(Aus den St. Matthianischen Manuscripten der Stadtbibliothek zu Trier.)

Vom Definitor Philipp Diel in Ruwer

I.

In der Stadtbibliothek zu Trier findet sich ein Manuscript unter Nr. 1206 mit dem Titel: »Historia antiquae et novae Cartusiae S. Albani prope et supra Treviros.« Diese Geschichte des Klosters St. Alban bei Trier ist im Jahre 1765 von dem Karthäuser Modestus Leyendecker verfasst und dem Prior Anton Welken gewidmet. Bevor Rode Abt des Benedictiner-Klosters St. Matthias wurde, war er Prior in der Karthaus bei Trier. An der 14. Stelle in der Reihenfolge der Prioren ist folgende gut und schön geschriebene Vita von ihm zu lesen:

R. P. D. Joannes IV. Rode, vir nobilissimus, plurimorum historicorum praeconiis decantatus. Hic parentibus inter cives Trevirenses praeclaris et opulentis natus, eorum sollicitudine plurimum commendanda in teneris ad normam filiorum Dei educatus, maturrescente nonnihil aetate, ad gymnasium Heidelbergense missus est, ubi brevi intervallo tantum hausit doctrinae incrementum, ut et sacrae Theologiae Baccalaureus et sacrorum canonum Licentiatus, adhibito plausu publico creari meruerit. Hisce honoribus pro merito insignis Treverim reversus, inter canonicos Ecclesiae Metensis et paulo post inter collegas S. Simeonis Treviris locum obtinuit. Honoribus tamen nil inflatus, quamvis juvenis, omnia mundi desiderabilia matura semper gravitate et prudentia despexit. Verum quemadmodum fortuna se fugientes prae aliis amplecti solet, sic Joannem varii quaesiere honores. Vix supremis literarum laureis insignito Decanatus Scti Simeonis et curiae Trevirensis supremum Judicis fastigium defertur. In tantis tamque honorificis refulgens Officiis omnem curam suam posuit in instruendis sui collegii Canonicis. Post haec Rodius ille frequenti ruminacione meditabundus mundo eiusque fallacis nuntium mittere seque in spelaeis Cartusiae Trevirensis abscondere firmiter statuit, Wernero Archipraesuli¹⁾ viros et morum integritate notos et jurium Trevirensium²⁾ apprime peritos tanquam sublevatores proponere atque monasterium Scti Albani

¹⁾ Erzbischof und Curfürst Werner von Falkenstein 1388—1418.

²⁾ Das erste und ältere Karthäuserkloster (antiqua Cartusia prope Treviros), an der Südseite der Stadt vor dem ehemaligen Neuthore gelegen, ist von Erzbischof Balduin im Jahre 1335 gegründet worden. Nachdem das Kloster von den Franzosen unter Ludwig XIV im Jahre 1674 zerstört worden war, war es nicht wieder in der Nähe der Stadt, sondern eine Stunde oberhalb (nova Cartusia supra Treviros) in den Jahren 1680—1716 errichtet worden. Letztere Karthause ist gegenwärtig ein Franziskanessenkloster; die Kirche steht da als eine mächtige Ruine. (Siehe Marx, Erzstift Trier. IV, 326.)

Martyris intrandi licentiam petere aggressus est. Wernerus dum precibus Rodianis resistere ultra non potuit, moestus et quasi meditantibus coepta perficiendi copiam fecit.

Itaque Rodius, Sancto deducente Spiritu, ad Scti Albani latibula admissus, semitam tyrocinii sui forti pectore alacrique animo currere coepit. Non eum divinorum prolixitas, non cilicii durities, non victus tenuitas deterruit. Stupuisse certe, si virum alias clarissimum, Principi aliisque Magnatibus honoratum, ad quaevis imperata, quamvis vilia et odiosa, prompto sese animo objicientem vidisses. Erant tum temporis Cartusiae Trevirensis incolae viri pietate et religione spectatissimi, quorum fama ubique innotuit.¹⁾ Horum se Rodius strenuum praestitit aemulatorem. Emenso tyrocinio, ao. 1417 in festo B. Mariae V. natalitio, annis fere natus 59, cunctis antea dispositis, vota solemniter emisit iisque innodatus, meliora quotidie aemulando charismata, mirum fecit virtutis ac pietatis profectum. Quapropter Petro de Moguntia ad regendam novam plantationem prope Sirk²⁾ translato, ao. 1419 a Capitulo Generali, cui jam innotuerat, fascis Scti Albani invitatus acceptare coactus fuit, imperante eodem capitulo et dicente: »Praeficimus in Priore dictae domus (scilicet Albani) Dominum Joannem Rode, Monachum ejusdem domus, et in casu, quod non habet tempus congruum (necdum enim duobus annis integris, ut statuta nostra ad Prioratum requirunt, in ordinis professione steterat) dispensamus. Cui obedientiae cum reluctari non posset, se tandem applicuit et ovibus suis fructuose et laudabiliter prae-fuit usque ad annum 1421.

Tum procurante Ottone a Ziegerhain.³⁾ Archiepiscopo Trevirensi, laudatissimo justitiae zelatore et disciplinae religiosae reformatore, annuente summo Pontifice, e latebris Cartusiae pro-

¹⁾ Besonders hervorragende Ordens-Mitglieder jener Zeit waren Adolf von Essen und Dominicus von Preussen. Jener war Prior zu Trier von 1309 bis 1315, dann zu Marienfluss bei Rettel von 1415—1419 und starb 1439. Dominicus, aus Polnisch-Preussen gebürtig, trat nach einem vielbewegten Leben und manchfachen Irrfahrten im 25. Jahre seines Alters in die Karthaus bei Trier ein, wo er, „die Blume des Hauses“, ein ganz heiligmässiges Büsserleben führte und himmlischer Offenbarungen und Visionen gewürdigt wurde. Er war Rathgeber und Freund des trierischen Erzbischofs Otto von Ziegenhain und wurde von seinen Ordensobern mehrfach zur Gründung neuer Niederlassungen entsendet. Er starb als Vikar des Hauses zu Trier am 19. December 1460 und hat mehrere ungedruckte Schriften hinterlassen. (Siehe Marx, Geschichte des Erzstiftes Trier IV, 335.)

²⁾ Bei Sirk zwischen Trier und Metz an der Mosel gelegen bestand ein Benedictiner-Kloster zum hl. Xystus, welches im Jahre 1431 aufgehoben und an die Karthäuser, die sich seit 1415 in dem genannten Marienfluss niedergelassen hatten, übergeben wurde. Diese Uebertragung geschah durch Abt Rode von St. Matthias gemäss Urkunde vom 1. Juni 1431 auf Grund der Bevollmächtigung des Cardinal-Legaten Julian vom 24. April desselben Jahres.

³⁾ Otto von Ziegenhain, Erzbischof von Trier 1418—1430.

tractus, Pedom Scti Matthiae acceptare jussus fuit. In quantum vero moerorem filios gemebundos tanti Patris discessus dejecerit, quis potest explicare? Huic certe molimini omni, quo potuissent, robore se opposuissent, nisi exstaticus ille Dominicus noster, dum contemplativus sedit, spiritum quadam vice in se cantantem audiisset notum illud responsorium: »Non relinquam vos orphanos,« ex quo summi Dei beneplacitum intelligens, sui aliorumque animos tranquillitati reddidit. Proinde Rodius, jubente Martino quinto Summo Pontifice, ao. 1421 Dominica infra Visitationis B. Mariae V. in Abbatia Scti Mathiae inthronisatus confirmatusque fuit. Decurrente postea aliquanto tempore, ad concilium Basileense profectus cum beato Nicolao Albergato, Ordinis nostri Cardinali Sctae Crucis, Episcopo Bononiensi et Legato Apostolico, Pontificis partes viriliter defendit et ab eodem Ordinis sui Scti Benedicti in Germania Visitor (Generalis¹⁾) constitutus fuit. Unde se primur dein et alios, qui a disciplina plurimum abhorrentes ad quaevis placita libere evagabantur, ad normam vitae religiosae revocare studuit. Pullulavit ex hoc saluberrima illa Bursfeldensis congregatio, cujus princeps autorque Rodius dilaudatur.²⁾

Quantas vero in hoc reformationis negotio molestias pertulerit, facile intelliges, si sauciam ubique disciplinam, si itinerum incommoda, si monachorum liberiora sectantium obtrectiones perpendere libeat. Nil tamen fractus, juncto sibi subinde Adolpho de Assindia, Cartusiae Trevirensis tum Vicario, Visitationis socio, varias peragravit provincias et monasteria novisque introductis constitutionibus vitam monasticam restauravit reformavitque.

Plura certe alia patravit pluraque patrasset tanto Abbate digna, nisi pro redimenda Vilmariensi Advocatia profectus, luem pestiferam in oppido Monthaborinc³⁾ hospitum habuisset, cui, praeacuta et pestilente febre tactus, plenus dierum meritorumque dives ao. 1439 succubuit, cum Prioratum Scti Albani duobus, Praesulatum Scti Matthiae octodecim et vitam omni laude dignissimam septuaginta septem annis gessisset.

Porro viri dignissimi laudem non parum amplificant tractatus quidam ab eo conscripti posterisque ut vera spiritus ejus imago relict. Horum unus de officio et qualitate Abbatis agens, alter Constitutiones utiles de reformatione Monachorum proponens, virum piissimum in posteris adhucdum spirare demonstrat. Nec solum in Scti Matthiae monasterio sed et in nostro Scti Albani asceterio viri dignissimi regimen suis claruit ornamentis, quorum

¹⁾ Durch die Bulle des Concils von Basel: „Cum inter alia sanctitatis opera,“ vom Juli 1434.

²⁾ Die Anfänge der Bursfelder Congregation gingen also von Abt Rode von St. Matthias bei Trier aus.

³⁾ Vilmar und Montabaur liegen im Nassauischen. Vilmar gehörte zu St. Matthias durch Schenkungs-Urkunde des Kaisers Heinrich III vom Jahre 1053.

saltem unicum praeterire nequeo, videlicet decessorem suum Joannem V. de Covern, ¹⁾ qui ex canonico Metensis ecclesiae ad arctioris vitae latebras transgressus. magistratus hic monastici munus et onera sustinuit. —

Aus einem anderen Manuscripte der Stadtbibliothek (Nro. 2092) füge ich zum Abschluss dieser kurzen vita bei :

Vixit in abbatali dignitate annis circiter decem et novem extinctusque est in oppido Montaburensi revectusque est ad monasterium anno 1439 Kal. Decembris sepultusque ante aram S. Stephani Protomartyris, cum sequenti epitaphio :

Theologus Christi juristaque floridus iste,
Officians Treviris, prior extitit carthusiensis,
Abbas formatus, tunc principibus bene gratus,
Moribus et clarus, Vincoque draconis hiatus,
Ordinis ob Zelum visitator destruo Belum,
Pesteque prostratus, nunc vermibus esca locatus,
Hic jacet in tumba vas ordinis, alta columna
Abbas donatus. Joannes Rhode vocatus
Collectis manibus prima decuabo decembris,
Tricesimo nono C. quarto M. quoque solo.

II.

Einen zweiten umfangreicheren und werthvolleren Beitrag für die Lebensgeschichte Rode's liefert uns ein anderes Manuscript der trierischen Stadtbibliothek unter Nr. 1229, welches von einem Mattheiser-Mönche verfasst ist und eine metrische Reihenfolge der Aebte von St. Matthias enthält. Auf dem Titelblatt des sehr schön geschriebenen Buches steht folgende Widmung :

Rdo admodum in Christo Patri ac Dno Dno Gangolpho Abbati ad Setum Matthiam dignissimo hunc Abbatum catalogum amoris ergo compilabat et strenae loco offerebat indignus F. Joannes Pulchius Trevirensis ejusdem monasterii cönobita. Anno Dni supra et infra, positis sententiis chronographicis, designato.

Auf demselben Blatte stehen oben und unten folgende Sentenzen: Vana ValDe saLVs hoMInIs, Mors nVLLI paVenDa

¹⁾ Brower et Masenii Metropolis Ecclesiae Trevirensis II, 324 schreibt von dem Nachfolger Rode's im Priorate der Karthaus zu Trier: Joannes V Cover de Sulen, Ex canonico Metensis ecclesiae ad arctioris vitae latebras transgressus, magistratus hic monastici munia et opera binis sustinuit vicibus, primo quidem ab anno 1421 usque ad 1428, deinde ab ejusdem saeculi 31 usque ad 35, quando iterata, ut vocant, misericordia donatus, ad quosdam tentationum impetit scopulos, a quibus tamen cum salvus enatasset, Rutilensi prioratu anno 1437 est oneratus, quem in hoc munere obiisse diem extremum (qui erat 11. novembris anni 1441) Dominicus scribit, tanto vitae beatioris desiderio, ut cum Paulo cupide optaret dissolvi et esse cum Christo.

IVto. haVD parVa laCtVra teMporIs. — ConfVnDantVr oMnes
InIqua agentes. — Auf dem 2. Blatte liest man:

Qui vult Abbatum seriem cognoscere fratrum
Voti fit compos, si legat illud epos.
Ao Dni 1617.

Der frühere Bibliothekar Schömann hat eine Abschrift anfertigen lassen, welche die Benützung dieses Kataloges der Aehte von St. Matthias erleichtert. Eine ältere Abschrift ist ausserdem noch vorhanden, die sich im Besitze des Herrn Dompropstes Dr. Holzer in Trier befindet. Dieselbe ist in Quart und enthält 233 Seiten. Marx (Erzstift Trier 3,220) gibt ein richtiges Urtheil über den Verfasser Pulch, wenn er schreibt: »Poesie ist allerdings nur in der Form; indessen bekundet der Verfasser grosse Gewandtheit in der lateinischen Sprache und in der Versification. Die römischen Dichter hat er fleissig gelesen, namentlich den Virgil, aus welchem dem Leser viele Reminiscenzen und Nachahmungen begegnen.« Dem berühmten Abt Rode hat der Verfasser am meisten Aufmerksamkeit geschenkt; über ihn wusste er am weitläufigsten zu berichten und es gehört dieser Theil zu den besten des ganzen Werkes.

Nur an zwei Stellen habe ich den ursprünglichen Text geändert, um allzu zu grosse Härten im Ausdrucke nicht wiedergeben zu müssen. Ich bin hierhin der Emendation von Wyttenbach gefolgt, welcher in seiner Ausgabe der Gesta Trevirorum einen Passus aus der Vita des Rode von Pulch abdruckt (cfr. Gesta Trev. II. Annot. 21.)

Der in Rede stehende Katalog umfasst die Geschichte der Aehte von Gothe (977) bis auf Gangolph von Alderborn (1612 bis 1630), welchem Pulch das Erzeugniss seines Fleisses als Geschenk überreicht.

Der getreue Wortlaut der Vita Rode's nach Pulch ist folgender:

Joannes Secundus Rode

Praefuit annis — 20 —

- Sponte Pater dictus, postquam minus apta sacratio
Excussit sua colla jugo, quod ferre nequibat,
Ut taurus vel fortis equus, nisi cautus arator
Attendat manibusque jugum froenumque gubernet,
5 Semper et effrenes flagris castiget acutis,
Officio, repeto, postquam se Praesul ab illo
Exemit factusque fuit de Praesule frater,
Quem nuper de Fratre Patrem domus alma creatar,
Rode supervenit, quamvis invitus, et ipsum,
10 Dudum ubi pugnasset contraque stetisset, ut undae
Pons irrumpenti cum murmure quisque resistit
Acceptosque quatit fluctus vim vique repellit,
Aut veluti turris, quam perflant undique venti
Ingentes, frangens vires, obsistit iisdem
15 In firmo fundata loco frustra petita:

- Sic sese Praelatus habet; sic Rode resistit,
 Dum potuit; tandem pulchro certamine victus,
 (Vicit enim commune bonum speciale) proinde
 Officii suscepit onus, quod, pondere pressus
 20 Aut non sufficiens, a se rejecerat alter.¹⁾
 Hinc quia multa pater gessit dignissima lectu
 Et scitu, prima repetens ab origine cuncta
 Latius, ut fas est, ejus volo facta referre.
 O vetus urbs, celebris veterum ratione dierum,
 25 Religione, fide, pietate celebrior autem,
 Gaude, quae talem nutristi Trevir alumnum.
 Ex te par etenim partus non exiit unquam,
 Seu praeterlapsos quisquam consideret annos,
 Seu circumspectat praesentia sive futura
 30 Tempora, nemo tuo similis nascetur alumno.
 Roma proinde potens docto Cicerone triumphet,
 Mantua Virgilio, Sulmo Nasone, Catullo
 Se jactet Verona suo: tu Trevir alumno
 Sancto tuo gaude, res gaudia postulat aequa.
 35 Vos quoque prae reliquis sancti gaudete parentes,
 Namque suae sapiens matrisque patrisque corona est,
 Ut clare Salomonis habent proverbialia, natus.
 Sed nunc propositum, coepto sermone, premanus.
 Primitus ergo scholas adiit puerilibus annis
 40 Et pia Musarum, quas mire semper amavit,
 Castra sequens, sacras sacris cum moribus artes
 Et cum doctrina virtutes imbibit almas,
 Quasque puer didicit Musas, in corde recondit,
 Quatenus inde suo decerpat tempore fructus.
 45 Ut fundamentum studiis levioribus aptum
 Jecit et a puero firmos pervenit ad annos,
 Ad sacra divinae scripturae dogmata mentem,
 Non solitam Baccho Venerique vacare fallaci,

¹⁾ Der Vorgänger Rode's in der Abtwürde zu St. Matthias war Herbrand von Güls; er bekleidete diese Stelle von 1416—1421. Als Erzbischof Otto um der Reformation der Benedictiner-Klöster willen, wie es das Concil von Constanz vorgeschrieben hatte, den Karthäuser-Prior Rode mit päpstlicher Vollmacht zum Abte von St. Matthias ernannte, trat Herbrand, 'ob freiwillig oder unfreiwillig, von seiner Stelle ab, verliess das Kloster und trat in St. Maximin ein, wo er im Jahre 1433 als Prior starb. Die maximinischen Quellen urtheilen nicht ungünstig über Herbrand. Im Necrologium von St. Maximin ist sein Name zum 8. Februar eingetragen mit den Worten: Venerabilis Pater Dnus Herbrandus Prior hujus monasterii, olim Abbas ad S. Matthiam et olim etiam Abbas ad S. Martinum. Demgemäss war Herbrand vorerst in der Abtei St. Martin bei Trier Abt, bevor er in St. Maximin als Prior eintrat. Dagegen erscheint Herbrand in weniger günstigem Lichte bei Brower und Masenius in Metropolis I, 414: Postquam triennium in Abbatis munere posuisset, severioris disciplinae, Constantiensis Concilii Patribus Monasteriis imperatae metuens, abire non modo magistratu, sed et coenobio maluit, quam parere melioribus legum decretis. Ergo ad divi Maximini familiam transiens, Prioris ibi munere contentus aevum transegit; ut jure dubites, ei humilitate, an pertinacia victus cesserit, qui subesse maluit, quam dominari, et leges accipere, quam aliis dare.“ Unser Verfasser lässt uns über die Beweggründe des Ausscheidens Herbrands im Ungewissen, deutet aber auf seine geringen Fähigkeiten hin, wenn er sagt: „excussit minus apta colla sacro jugo, quod ferre nequibat,“ und: „onus, quod pondere pressus aut non sufficiens rejecerat.“

- Admoveret et sacrae penetrat mysteria legis,
 50 Donec sacrorum canonum cum laude Licenti —
 Atus formatus fuerat. ¹⁾ Mox mente levatus
 Supra se, mundi fallacia gaudia spernens
 Et cum divitiis mundi pereuntis honores
 Et cum deliciis luxum thalamumque jugalem,
 55 Ad res majores animum convertit honestum.
 Nam vitae meritis poscentibus illud, in urbe
 Canonici nomen sedemque Metensi meretur,
 Sicut et hic sancti Simeonis in aede Decani.
 Temporis accessu Trevirensis curia demum
 60 Officialis ei partes et nomen et omen
 Committit, quos ille tamen, res mira profecto,
 Suscipit invitus, dignus licet esset, honores.
 Post modicum tempus, vani pertaesus honòris
 Et tituli, cuius nequaquam tactus amore
 65 Ante fuit, spernens cunctas res propter amorem
 Coelestem, quo totus erat succensus, ut igne,
 Civibus antiquae mirantibus omnibus urbis,
 Exutus penitus curis, exutus honore,
 Fit monachus pauper, sese pietate trahente.
 Ordine suscepto, cujus tu nosceris autor
 70 Bruno, Prioratus,²⁾ paucis abeuntibus annis,
 Officium hinc, quamvis invitus, ut antea grande
 Officialis onus suscepit, suscipit. Inde
 Otto Trevericae florentis Episcopus urbis,
 Advertens tacite mirae pietatis in illo
 75 Ingenii zeliq̄ue boni clarissima signa,
 Scitu Pontificis summi, quem Roma vocabat
 Nomine Martinum, quintum cognomine dictum,
 Praedicta de sede virum clastroque removit,³⁾
 Promptus et Abbatem nostrae determinat aedi.
 80 Hic quâ luce domum, quamvis invitus, adivit,

¹⁾ Matthias Cerdo, Conventual von St. Matthias, gestorben 1692, hat einen Katalog der Aebte von St. Matthias geschrieben, welcher im Manuscripte in der Stadtbibliothek unter Nr. 1344 aufbewahrt wird. Ich führe den vollständigen Titel dieses Manuscriptes an, weil in demselben unseres Rode's Erwähnung geschieht. Der Titel lau et: Catalogus R. R. D. D. Abbatum monasterii sanctissimi Apostoli Nostri Matthiae Patroni Germaniae apud et extra muros antiquissimae civitatis Trevirensis ordinis S. P. Benedicti Congregationis Bursfeldensis per Germaniam dilatatae et in ipso monasterio dicti Apostoli per Joannem de Rode inchoatae. In diesem Kataloge berichtet Cerdo über die Studienjahre Rode's ähnlich wie die obige vita des Karthäuser Leyendecker, indem er schreibt: „Literis operam dedit in gymnasio Heidelbergensi, ubi „sacrae Theologiae Baccalaureus et Canonum Licentiatus factus, doctissimus evasit.

²⁾ Cerdo schreibt in seinem Kataloge: „ . . . omnia pro Dei amore contempsit ordinemque Cartusianorum intrans, factus ibidem Prior licet invitus et reluctans.

³⁾ Bei Cerdo heisst es hierüber: Tandem Archiepiscopus Otto de Ziegenhain virum illum advertens non sibi natum sibi que doctum et expertem, supra candelabrum exponere gestiens, autoritate summi Pontificis Martini V e Carthusia extractum in S. Matthiae monasterii Abbatem et Rectorem instituit . . . e Carthusianorum solitudine nactus, summo Pontifice approbante, eduxit Joannem de Rode, quondum S. Simeonis Decanum et curiae sacrae laudatissimum judicem,

- Opressos Fratres vix respirare valentes
Repperit aere gravi; florenos summa rotatos
Mille octingentos quadragintaque tenebat.
85 Hoc Aethna gravius pondus clastroque sibique,
Ut fuit, esse putans, Praesul reverendus in anno
Primo mille statim, numero cui jungito centum
Vigintique novem florenos, solvit ad unguem;
Multaque praeterea dictus vir debita solvit
Et census, quos nostra domus numerare quotannis
90 Diversis debebat herisque locisque, redemit.¹⁾
Quae non contraxit, magna jam debita parte
Solverat atque gravi Fratres sub mole jacentes,
Temporis exigui spatium Pater ille levarat;
Et promptis intra spatium breve caetera cuncta
95 Solvisset nummis, quod tardius inde peregit,
Magna Monasterii si non domus atque reperta.
Incustodito periisset ab igne suppellex,
Quae magnis reparanda fuit mox sumptibus aedes.
Triticeae frugis quantumque siliginis idem
100 Ignis et haec eadem frumenti flamma vorarit,
Dicere cui libeat? messis spes magna remansit,
Non minus et Cereris centum, mihi credite, maldra.²⁾
Post damnum tam grande pius nec pace fruatur
Praelatus, qui dignus erat melioribus annis;
105 Orta duos dominos inter satis ardua rixa
Lisque fuit damnumque recens utrimque paravit.
Quorum primus erat spectabilis Otto, sed alter,
Cuius vel nomen stomachum mihi turbat, Erardus
Miles de Gymnich,³⁾ qui nobis abstulit illo
110 Tempore frumentum reliquis cum fructibus omne,
Quod fuit in Macra Regis, quid? frater Erardi,
Fratre suo peior, versatior arte nocendi,
Wimmarus, cui nomen erat, non nobile nomen,
Curtem Vulcano cum re quacunque vorandam
115 In pago Sinzense sitam flammaeque sonanti
Tradidit atque solo muros aequavit, ut atram,
Quam contra Fratres habuit, compesceret iram.
Vulnera per Fratres illos illata colendo
Abbati clastroque suo sanaverat ipsum

quem licet deprecantem oblectantemque S. Benedicti in Matthiano asceterio Patribus imposuit, Herbrando de Gulsia praeside ad S. Maximinum amandante.

¹⁾ Cerdo in seinem Kataloge berichtet dasselbe: Hic prima introductionis die invenit in antiquis debitis mille octingentos quadringinta florenos, de quibus statim primo ad solvit florenos graves mille centum viginti novem. Dann werden die Belastungen, welche er einlöste, im Einzelnen aufgezählt.

²⁾ Ueber diesen Brand schreibt Cerdo: Hoc Abbate combusta est domus nostra torcularis una cum granariis et frugibus, remanentibus 30 maldris siliginis et 70 maldris tritici.

³⁾ Auch Cerdo berichtet über diesen Streit zwischen Otto und Ritter Erard von Gymnich indem er schreibt: Anno 1423 Dominus Otto Archiepiscopus Trevirorum habuit litem grandem cum Erardo de Gymnich milite, qui idcirco eodem anno nostram curtem in Regismaera (Königsmachern bei Diedenhofen in Lothringen) spoliando omne frumentum abstulit et quidquid ibidem proventum fuit. Cujus frater Wimmarus combussit nostram curtem in Sintzig (Sinz bei Saarburg, Regierungsbezirk Trier) et omnia ibidem reperta diripuit.

- 120 Tempus, nec Praesnl, quid jam quereretur, habebat.
Ast ne tranquillos in pace diutius annos
Viveret, erumpunt armati fortibus armis
Urbis Trevericae cives partemque vetustae
Villae, quae Sancti Matthiae respicit aedem,
- 125 Injectis flammis tectisque ruentibus igni
Comburunt positoque metu praedantur ut hostes,
Vicinis sua terga fugae vertentibus. Orti
Ad tempus sedata fuit commotio belli,
Idcirco renovat, quas flamma voraverat, aedes
- 130 Rusticus et magno sumptu multoque labore
Instaurat lapsas, sedata lite, ruinas.
Jamque suum numeris, quod coeperat, omnibus omnis
Explêrat villanus opus similisque priori
Villa fuit villae, cum mox, praebente Senatu
- 135 Consensum, cincti gladiis hastisque corusci
Instar apum pleno prorumpunt agmine cives
Armataque manu noviter constructa domorum
Funditus annihilant crepitantia tecta per ignes.
De villa propriisque bonis in fine fugantur
- 140 Vicini, dudumque dein inculta fugatis
E pago domibusque manent vineta colonis,
Quae, quoties auctumnus erat perdives, Jacchi
Plaustra quadraginta numero proferre solebant.
Damna, domus quae nostra tulit pagusque per ignes
- 145 Immissos vitisque ferax vastata per urbis
Trevericae cives, superant numerumque modumque.
Nam florenorum triginta millia cuncta
Excedunt taxata simul: quid, quaeso, quid, inquam,
Trevir, agis civesque mali? respicite tandem,
- 150 Fratribus et villae desistite, quaeso, nocere,
Sit coeptae finis tot post incommoda pugnae,
Sed miser, ut video, non proficientia verba
Perdo; ruunt iterum Parthorum more leonum
Jam non in villam dumtaxat, ad ipsa patentis
- 155 Septa Monasterii, magnique valoris, ut aiunt,
Constantem ferro solido rapuere catenam,
Quae juxta pontem, quem stridulus amne Mosella
Alluit horrisono, nostros dependet ad annos.¹⁾
Praetereo leviora lubens, gravioribus insto,
- 160 Quae plebs, quae Monachis invexit damna Senatus.

¹⁾ Ueber diese höchst ungerechten Angriffe von Seiten der Stadt Trier gegen das Kloster St. Matthias schreibt Cerdo: Ao. 1432 consulatus et cives urbis Treverensis a daemoniis absque dubio instigati multa nobis damna intulerunt. Ao. 1433 portam nostrae villae combusserunt, nostros vicinos rusticos ad nauseam vexaverunt, aedes incenderunt ipsosque fugaverunt, spoliantes praedonum instar; propterea vineae nostrae incultae permanserunt, ingressum urbis nobis et vicinis nostris interdixerunt, unde in vinis gravissima damna passi sumus, unde damna et nobis et illis illata aestimata sunt ad 25 millia aureorum; adeo vesana illorum extitit invidia et odium in nos, ut Deum ipsum postponentes quidquid mali, Diabolo instigante, Matthianis facere poterant, faciebant. Nundinae habebantur circa monasterium S. Matthiae in ejus festo; illae claudebantur catena ferrea a monasterio usque ad Mosellam; malevoli illi hoc non patientes, eruperunt et nundinas cum institoribus deturbarunt, auferentes panes et venalia cum omnibus, quae sors afferebat, insuper

- Quomodo Centurio, factum laudante Senatu,
 Non sibi disparibus sociis circumdatur, infra
 Septa Monasterii fuerit bacchatus et illic
 Pistores, solitos albos divendere panes,
 165 Per vim subversis mensis vexaverit, atque
 Vociferante foro frustra, saepissime panes
 Abstulerit tuleritque suam praedator in urbem,
 Nil libertatem faciens, quam Praesul habebat.
 Viginti pariter florenos, tempore nundi —
 170 Narum quos ratione fori seu jure telonî
 Haec domus acceperit, domui cum plebe Senatus
 Abstulit et licito privavit fœnore Clastrum.
 Tempore praeterea dicto divendere justo
 Vina solebamus pretio, quae vinea nostra
 175 Protulerat, non empta lucri ratione maligni,
 Infra Trevericos muros, in curte putato;
 Hanc quoque surripuit violato jure Senatus
 Plebsque potestatem nobis positisque tabellis
 Cavitt et edictis, hederâ ne curtis apertâ
 180 Amplius utatur, promens venalia vina.
 Heu ubi prisca fides? pietas quo cessit avita?
 Non proavi quid tale tui, antiquissima Trevir,
 Cum nostrâ fecere domo; nam pluribus aedem
 Muneribus proavi cumulârunt, dona ferentes;
 185 Tu civisque tuus studia in contraria tendis.
 Namque noxas et damna paras spoliūque reportas,
 Quamque illi statuere domum pietatis amore,
 Hanc hostis pietatis atrox subvertere tentas:
 Dissimiles mores, contraria tempora cerne,
 190 Quisquis ades, quicumque legis mea carmina, lector!
 Quicquid ob hoc facinus cives meruere, dederunt
 Poenarum semperque luent in faucibus orci,
 Si non errorem contraria vita dolore
 Justo diluerit, veniam pro crimine poscens.¹⁾
 195 Haec (licet invitus) priscis de civibus urbis

et catenam illam pro 40 aureis taxatam, quam ad pontem suum suspenderunt, claudentes istum, ne de nocte aut aliis temporibus insolitis irrepere aut transire praesumerent . . . Consulares et cives haec fecerunt! Catholici illi inhabitantes urbem tam sanctam! non est mirum, quod catholici aversantur religiosis, osor enim et inimicus omnis justitiae, aequitatis et profectus spiritualis diabolus videns proficere ordinem nostrum, omnem movit lapidem, ut et fontem ipsum, si non ex toto exsiccaret, saltem perturbaret et insipidum faceret.

¹⁾ Der Hass der Bewohner Triers hatte hier wie an anderen Orten einen Grund in der vermeintlichen Beeinträchtigung der Geschäftsleute und Handwerker durch die Klöster. Hundert Jahre später zeigte sich leider bei Gelegenheit der Sickinger'schen Fehde dieselbe Gesinnung gegen das Kloster St. Maximin; denn nachdem der Raubritter Franz unverrichteter Sache abgezogen war, zerstörten die Bewohner Triers das Kloster St. Maximin 1522. Im folgenden Jahrhundert blieb das Kloster St. Matthias verschont, als der französische Commandant Vignoryin in den Jahren 1673 und 1674 die meisten Kirchen und Klöster vor den Mauern Triers der Zerstörung Preis gegeben hatte. Die Bürger Triers hätten aber auch gerne die Zerstörung dieses Klosters gesehen, wie uns Cerdo in seinem Katalog folgendermassen berichtet . . . : Sic et novi duos de plebe malos genios, unum videlicet coriarium et alterum lanionem, qui de substantia monasterii S. Matthiae in dies vivebant, tempore

- Trevericae cecini, linguâ moderatius usus,
In re momenti tanti quam forte tenebar.
Quod sim Trevericus dictaque creatus in urbe,
Cum populo durae cervicis mitius egi,
200 Connixi partim popularibus atque pepercì,
Nec tamen omnino volui reticere piaculum.
Ex aliâ regione forem si natus et urbe,
Vere nequitiam jambo graviore luissent
Opprobriisque nefas in nos pergrande peractum
205 Sed nunc ad Dominum, sedata mente, revertor
Joannem patremque suum matremque benignam
(Joannes genitor, genitrix Catharina vocatur)¹⁾
Qui benefactorum nomen speciale merentur,
Propter opes munusque frequens et maxima dona,
210 Quae nobis sola moti pietate dederunt.
Summa quadringentos florenos, utpote legi,
Vincit et excedit, quibus Abbas plurima solvit
Debita, perpetuos censusque hinc inde redemit.
Pro quibus ut gratos sese Conventus et Abbas
215 Ut decet, exhibeant, promittunt annua sese
Sacra soluturos solempni more per annum
Quinque puto vicibus promissa fideliter ipsa
Posteritas etiam, licet haud consenserit, implet.
Maximus interea pietatis et artis amator

Gallorum ao. 1673, cum D. Gubernator de Vignory monasteria sibi viciniora destrueret, uti prophatum fuerat a moniali Bingensi ante trecentos annos; etiam inquit isti nebulones: destruat monasterium S. Matthiae Apostoli, quasi vero tunc ipsi saturati essent; sed Deus illorum spem ad nihilum deduci permisit; nam cum idem gubernator Carthusiam et monasterium monialium ad pontem Leonis ab hac parte et monasteria S. Paulini et Maximini ab altera parte terrae coaequasset, omnia diruendo etiam ad ultimum monasterium nostro appropinquaret, videre cupiens, quid potissimum destruere conveniret, Abbas Martinus (Feiden ab Ediger 1649—1675) avisatus cum interprete ad portam accessit et bestiam expectando sustinuit, ubi, dum sedit, vidit mirum dictu visque in ipso aëre medio die crucem Burgundicam supra monasterium nostrum quasi signum pacis stantem. Ipse vero gubernator cum sequacibus ad crucem latam (auf dem Wege von der Stadt nach St. Matthias), ubi nostri patroni inserti sunt, nequaquam pergere potuit, reluctante equo et quasi indignum facinus conceptum reclamante; quod et tribus diebus fuisse factum, ipsimet socii in Carthusia retulerunt.

¹⁾ Von den Eltern Rode's heisst es in einem Kalendarium und Necrologium der Karthaus bei Trier: Joannes Rode, Trevir, pater venerandi domini Joannis Rode Abbatis in S. Matthia, habet anniversarium perpetuum in calendario pergameno conscriptum cum uxore sua Catharina et filiorum ac parentum et pro quibus desideraverunt sub die nona Septembris. Obiit hic pater, nominatus Vernesen Sohn, ao. Domini 1434, aetatis 113, natus ao. 1321. Die Eltern wohnten in der Pfarrei St. Gangolph in Trier, waren nicht nur sehr gottesfürchtig, sondern auch sehr reich und wahrscheinlich dem adeligen Stande angehörig, da unser Abt wiederholt genannt wird Joannes de Rode oder ab Rode. Cerdo spricht von einer zweimaligen Schenkung der Eltern Rode's an die Abtei; das eine Mal betrug die Summe 350 Florin, das zweite Mal nur 36 Florin. Für jene mussten 5 Anniversarien gelesen werden, und zwar 4 an den Quartertemertagen und eines am Feste des hl. Gangolph, für die letztere kleinere Summe ein Anniversarium in der Pfarrkirche St. Gangolph in Trier, welche das Kloster St. Matthias salariren musste.

- 220 Scripturaeque sacrae cultor, non transigit annos
 In lusu luxuque suos, aut tempus inerte
 Desidiâ somnoque terit, sed mente levatus
 Altius ad coelos ipsos, meditatur ad instar,
 Quae timet accipitris venientis rostra, columbae.
- 225 Et libros multos celesti dogmate plenos
 Edidit in lucem, doctrinae pignora magnae,
 Tempore quam toto quaesiverat antea vitae.
 Ipse etiam jussus, sexus utriusque reformat
 Claustra per externos fines partesque remotas,
- 230 Sacri Concilii jussu, quod Clerus in urbe
 Concelebrat Basilea tuâ: quicumque dedistis
 Nomina vestra Deo, sectantes castra sacrata,
 O Fratres! gaudete pii, non unus et alter,
 Ast omnes pariter, quo se Germania tendit;
- 235 Namque Monasterii mores cuiusque malignos
 Et ritus, quos nemo probat, nisi solus iniquus,
 Ille reformavit clastroque cuique vigorem
 Attribuit lucemque dedit noctemque fugavit.¹⁾
 Oppressus tandem curis, oppressus et annis,
- 240 Cum curtes multas et tecta minantia lapsum
 Firmasset cellasque novas struxisset in ipso
 Conventu magnamque domum, quae nuper ab igne
 Exorto combusta fuit, reparasset et ipsa
 Ad formam pulchrumque statum regimenque secundum
- 245 Claustra redegisset, libros in fine chorales
 Emisit partim, partim vir dignus honore
 Per Fratres pulchro jussisset commate scribi,²⁾
 E mundo fallace volat, coeloque potitur.
 Corpus ad exstructam Stephani mox martyris aram
- 250 Conditur, Eugenius quartus cum Papa sederet,
 Et rex Alberus regni pia scepra teneret.

¹⁾ Ueber die reformatorische Thätigkeit Rode's verbreitet sich unser Verfasser nur kurz, obwohl diese das Hauptwerk und das Hauptverdienst Rode's ausmacht; diese Seite von Rode's Leben verdient eine eingehende und allseitige Schilderung. Hier an dieser Stelle, wo nur Beiträge für seine Vita gegeben werden, führe ich noch an die Worte eines anderen Benedictiners von St. Matthias, des Anton Mesenich, in seinem Büchlein *Physion mysticus* (gedruckt zu Trier im Jahre 1652): ita ille profecto conversatus est, ut non solum optimi Pastoris nomen adeptus sit, verum etiam toti pene ordini stupor et ornamentum fuerit; utpote qui Regularis Observantiae Bursfeldensis per totam fere Germaniam, instaurator zelosissimus et utriusque sexus monasteriorum per tractum Rheni atque Mosellae reformator celeberrimus extiterit.

Bucelin II. 225 schreibt über Rode als Reformator: „ . . . emendatoris vitae religionis insignis aemulator, qui multis monachorum coetibus magisterii sui luceat sapientia, vitam et salutem attulit, licentiae religionem ademit veramque majorum integritatem restituit. Nam a Concilio Basiliensi amplissima ei data autoritas, quidquid utriusque sexus monasteriorum Spirus, WORMATIAE, ARGENTINAE et in trium sacrorum Electorum dioecesisibus occurrit, inspiciendi et ad genuinam disciplinae normam revocandi.

²⁾ Ueber Rode's Wirken im Kloster St. Matthias lesen wir bei Cerdo: Praefatus Abbas R. D. Jo. Rode ao. 1425 aedificavit infirmatorium inferius concameratum curavitque benedicti altare, immo et dormitorium cum cellis ad usum fratrum infra testudine firinatum; statum monasterii in utroque tam spirituali quam temporali non sine laude nec sine merito apud superos decoravit et auxit, cui requiem pollicemur aeternam.

III.

Das Benedictiner-Kloster zu Rettel an der Mosel und dessen Uebertragung an die Karthäuser durch Abt Rode im Jahre 1431.

Das Benedictinerkloster Rettel bei Sirk an der Mosel zwischen Trier und Diedenhofen reicht mit seinem Ursprunge in die karolingische Zeit zurück. Das Jahr der Gründung kann nicht mit Bestimmtheit angegeben werden. Eine Schwester Karl's des Grossen, Effecia mit Namen, welche in der Geschichte sonst nicht vorkommt, wird als die Stifterin angegeben. Nach Brower (*Annal.* I, 393) ist es constante Tradition, dass diese Effecia Kloster und Kirche zu Rettel gebaut, dass auf ihr Bitten Papst Leo III im Jahre 809 die Klosterkirche unter dem Titel des hl. Papstes Xystus consecrirt und Effecia in der Kapelle des hl. Stephanus daselbst ihre Grabstätte gefunden habe. Man bewahrte dort in früherer Zeit einen Tragaltar mit Reliquien des hl. Xystus, welcher die Zeichen hohen Alters trug. Auch entdeckte man im Jahre 1655 bei eigens zu diesem Zwecke angestellten Nachgrabungen drei Gräber mit Gebeinen und sehr reichen Gewandstücken; eine dabei aufgedeckte Marmorplatte, welche noch die Spuren der Nägel zeigte, womit dieselbe an die Wand angeheftet war, trug die Inschrift: *Eufemia Flavia Domitilla, pientissimae suae, quae obiit annorum XXX fieri fecit.* Vielleicht ist diese Euphemia, schreibt Clouet in seiner *Histoire ecclesiastique de la Province de Trèves* II, 422, dieselbe, wie die Stifterin Effecia, die man im weiteren Verlaufe der Legende wegen der Worte Flavia Domitilla in die kaiserliche Familie der Karolinger versetzte.

Dass aber die Gründung von Rettel in die karolingische Zeit zu versetzen ist, dafür haben wir ein historisches Zeugnis aus dem Jahre 892. Die *Annalen von Metz* und *Hermannus Contractus* berichten, dass im September des genannten Jahres der Graf Megingaud, ein Neffe des Königs Odo, im Kloster Rotila hinterlistig überfallen und getödtet worden sei.

Ant. Mesenich in seinem *Physion mysticus* pag. 109 berichtet: *Libros chorales et caetera ad officium divinum pertinentia, non tam ipse liberaliter procuravit, quam composuit. Scripsit insuper librum unum de Reformatione monachorum, de Qualitate item Abbatis librum unum ac in Genesin opus imperfectum et alia quam plurima.* Ueber die Schriften Rode's vergleiche Marx 3, 209. Bei Pez, *Bibliotheca asceteria* Tom. I ist die Schrift: *De officio sive qualitate Abbatis etc.* abgedruckt. Rode hat auch *exercitia spiritualia* für Novizen geschrieben, welche in der augenblicklich nicht zugänglichen Seminar-Bibliothek in Trier im Manuscript aufbewahrt sind.

Wiederum geschieht Erwähnung des Klosters zum hl. Xystus in Rettel im Leben des hl. Bernhard. Nach seinem Aufenthalte in Trier im Gelolge des Papstes Eugen III kam der Heilige auf der Rückreise in's Kloster zu Rettel. Während er dort die hl. Messe las, strömte eine göttliche Kraft von ihm aus, welche einer von dem Grafen Guntram von Sirk in die Kirche gebrachten lahmen Frau die geraden Glieder wiedergab. Auch erhielten damals durch die Wunderkraft des hl. Bernhard zwei lahme Frauen die Kraft des Gehens und zwei blinde Frauen das Licht der Augen wieder.

In der Gallia Christiana 13, 518 werden nur vier Aehte von Rettel aufgezählt: Folmar, welcher am 25. December 1157 ein Diplom Kaisers Friedrich des I unterschrieben hat, Gaudefrid 1130, Richard 1212 und zuletzt Abt Peter 1407—1431.

Hieraus scheint hervorzugehen, dass das Benedictinerkloster Rettel niemals zu einiger Celebrität sich emporgeschwungen hat, was auch Marx in seinem Erzstift Trier zur Geschichte dieses Klosters bemerkt (Band 4, Seite 340). Zwar wird das Kloster in der unten folgenden, bisher nicht edirten Urkunde »dudum celebre et famosum« genannt, doch macht der Gesamt-Inhalt derselben den gegentheiligen Eindruck. Wenigstens war das Ordenshaus um das Jahr 1431 vollständig herabgekommen; das Gebäude war dem Verfall nahe, die Vermögens-Umstände waren in der Art ungünstigen Verhältnissen, dass die einzig übriggebliebenen drei Mönche: Abt Peter, Prior Peter und Conventual Conrad den genügenden Unterhalt nicht mehr hatten, noch weniger den Gottesdienst nach Vorschrift und mit Würde abhalten konnten. Diese waren deshalb bei dem Kardinal-Legaten Julian supplicirend eingekommen, ihr Kloster an die Karthäuser, welche damals ein hohes Ansehen genossen, zu übertragen, indem alsdann gegründete Hoffnung vorhanden, dass der Ort dem göttlichen Dienste und der Uebung der Vollkommenheit erhalten bleibe. Cerdo von St. Matthias in seinem ungedruckten Abtskataloge macht hierzu die Bemerkung: »Causam hujus translationis meminī me quondam legisse in ipsis literis desuper confectis, ubi se Abbas Petrus cum duobus monachis conqueruntur aere alieno nimium gravatos ac idcirco non posse ibidem subsistere et vivere. Bone Deus! duodecim Cartusianis erat locus sufficiens ad sustendandum et tribus Benedictinis non erat; timeo ego, ne huic loco contigerit, quod olim Caspar Bruschius de monasteriis Germanicis disserit: ut lautius viverent, inquit, Abbas et monachi non plures susceperunt; ubi igitur non sunt homines, ibi non potest esse officium et ubi illud non est, Deus non est, et ubi is non est, Benedictio non est.«

Auf die Supplik der Benedictiner von Rettel erliess nun der Kardinal-Legat Julian unter dem 24. April 1431 ein Mandat an

den Abt Matthias Rode von St. Matthias, worin dieser beauftragt wird, die Transferirung der Benedictiner-Abtei an die Karthäuser mit bekannter Klugheit und Geschäfts-Gewandtheit in's Werk zu setzen. Die Angelegenheit war um so leichter durchzuführen und war um so weniger inconvenient für die bisherigen Besitzer, weil die Karthäuser, welche vor nicht langer Zeit, im Jahre 1415 ganz in der Nähe zu Marienfluss (*domus rivuli s. Mariae prope Sirke*) eine Niederlassung gegründet hatten. Diese Karthause unter ihrem Prior Peter von Mainz wurde nun am 2. Juni desselben Jahres in dem Chore der Kirche zu Rutila in allen Formen Rechtens in das Benedictinerkloster übertragen. Die bisherigen drei Bewohner wurden in andere Benedictinerklöster vertheilt, erhielten aber für die Zeit ihres Lebens den jährlichen Unterhalt von den nunmehrigen Besitzern ihres früheren Eigenthums.

Das über die ganze Verhandlung ausgestellte *publicum mandatum* (*seu literae*) ist vom 2. Juni 1431 datirt und findet sich in gleichzeitiger Abschrift ohne jegliches Siegel in der Stadtbibliothek zu Trier unter C. u. 5. Die Beglaubigungs-Unterschrift trägt den Namen des Johannes de Argentina, der sich *treverensis publicus imperiali autoritate et curiae treverensis notarius* nennt. Die Urkunde ist meines Wissens noch nicht edirt. In den *Annotationes* zu den *Gesta Trevirorum* I, 21 gibt Wytttenbach sowohl das Datum wie auch den Inhalt der Urkunde unrichtig an; er hat offenbar den Wortlaut nur höchst oberflächlich angesehen, weil er annimmt, das Mandat sei vom 1. Juni datirt und enthalte im Allgemeinen die Bevollmächtigung von Abt Rode, die Benedictinerklöster zu reformiren.

Urkunde vom 2. Juni 1431

über Uebertragung der Benedictiner-Abtei Rettel an die Karthäuser durch
Abt Johannes Rode von St. Matthias bei Trier.

In Dei nomine amen. Johannes Rode, Dei permissione Abbas monasterii Scti. Matthiae extra muros Trevirenses ordinis Scti. Benedicti, Commissarius ad infrascripta per Reverendissimum in Christo patrem Reverendum Dminum Julianum, miseratione divina sacrosctae Ecclesiae Scti. Angeli Diaconum Cardinalem, in Germaniae partibus apostolicae Sedis Legatum, specialiter deputatus, universis et singulis monasteriorum et Ecclesiarum Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, cantoribus, scholasticis, custodibus christianitatumque Decanis nec non Ecclesiarum parochialium ac capellarum rectoribus ceterisque omnibus et singulis presbyteris et clericis, notariis et tabellionibus publicis quibuscunque per civitatem et diocesim Treviren. et aliis ubilibet constitutis, ad quem vel quos praesentes literae pervenerint, salutem in Domino et nostris immo verius apostolicis firmiter obedire

mandatis. Literas commissionis infrascriptas vobis praesentatas nos cum ea, qua decuit reverentia, recepisse noveritis sub hac forma :

Julianus, miseratione divina sacrosanctae ecclesiae Romanae Scti. Angeli Diaconus cardinalis, in Germaniae partibus apostolicae sedis Legatus, venerabili patri et nobis in Christo dilecto Abbati monasterii Scti. Matthiae Apostoli prope Trevirim ordinis Scti. Benedicti salutem et sinceram in Dno caritatem. Ad ea, quae divini cultus augmentum et religionum concernunt profectum, libenter intendimus, ut religiosa loca conserventur et in eis regularis vigeat disciplina. Exhibita siquidem pro parte venerabilis patris Petri Abbatis et fratris Petri prioris et Conradi monachorum monasterii Scti. Xisti in Rutila ejusdem Dioecesis, qui se solos esse praedicti monasterii Abbatem et monachos asserunt, petitio continebat, quod cum pro dolor dictum eorum monasterium adeo depauperatum in facultatibus collapsumque et in personis desolatum existat, quod in eo regularis observantia vigere non potest ipsisque solis inibi vivendum vix sufficiant facultates. Diverſas qui perquisierunt vias, practicas et modos, quibus posset ipsum monasterium reparari, aliquem tamen ad hoc accommodum, ut ibi ejusdem religionis observantia teneretur, reperire minime poterunt. Tandem prospicientes, melius esse, quod ad aliam religionem, per quam reparari et sustineri valeat dictum monasterium, transferatur, quam si in eorum manibus deveniat funditus ad ruinam, cum fratribus ordinis Cartusiensis qui (cum ad eorum ordinem multa sit devotio principum et potentum), ipsum monasterium posse reparare et sustinere videntur, habuere tractatum, qui, licet a principio se multum difficiles redderent, tandem intuitu divini obsequii, ne dictum monasterium dudum celebre et famosum penitus aboleatur, ipsum monasterium, si ad eorum religionem transferatur, reparare et in observantia regulari sustinere, auxiliante Domino, decreverunt. Quare nobis humiliter supplicabant, ut translationem praefati monasterii Scti. Xisti ad dictum ordinem Cartusiensem facere dignaremur. Nos utique licet ipsorum propositum esse commendabile prima facie dinoscamus, quia tamen de circumstantiis negotii, quas considerare oportet, notitiam non habemus, prudentiae vestrae, qua in similibus et majoribus obtinemus fiduciam singularem, harum serie committimus et mandamus, quatenus tam de praedictis atque aliis quibuscunque, quae in talibus sunt consideranda, fideliter et diligenter vos informare curetis, et si consideratis considerandis, translationem praedictam facere videretis expedire, super quo vestram conscientiam oneramus, dictum monasterium Scti. Xisti in Rutila cum omnibus et singulis bonis, juribus, censibus, redditibus, villis, advocatiis, curiis, curtibus,

decimis et specialiter cum ecclesiis olim dicto monasterio unitis et incorporatis, sive tamquam jus patronatus ipsi collatis vel sic habitis et continue pacifice possessis et emolumentis ac pertinentiis suis universis, quocumque nomine censeantur, in dictum ordinem plenarie transferatis, decernentes, ipsum monasterium Scti. Xisti abinde ab ordine Scti. Benedicti separatim fore dictoque ordini Cartusiensi incorporatum ejusque regulari observantiae esse subjectum ipsique ordini Cartusiensi per priorem vel ministros alios, quos ad hoc duxerit deputandos, administrationem omnium bonorum ac jurium dicti monasterii Scti. Xisti plenarie pertinere, aliaque omnia faciatis et ordinetis, quae negotii qualitas exigit seu requirit, cum in his omnibus nos vobis committamus tenore praesentium plenarie vices nostras, contradictores autoritate nostra censura ecclesiastica compescendo. Et cum ad hoc praefata translatio concedatur, ut in dicto monasterio convictus ordinetur et divinum obsequium sub regulari observantia celebretur, vobis post factam translationem horum tenore mandamus, quatenus provideatis attente, ut eidem monasterio aut de redditibus, quos jam habet, redimendis aut aliunde per dictos Cartusienses taliter provideatur, quod ibidem unus perfectus conventus valeat altissimo famulari; ceterum si translationem feceritis supra dictam, cum non deceat, homines diversae professionis in eodem monasterio simul vivere, ut dicti Abbas et monachi in aliquo vel aliquibus suae religionis monasteriis collocentur, studeatis procurare, quibus, ut regularem vitam in ipsis agere valeant, sine monasteriorum ipsos recipientium onere assignetis et per dictos Cartusienses exsolvi faciatis, quamdiu vixerint, congruam portionem. Tandem ut dictum monasterium Scti. Xisti ad regularem observantiam per dictos Cartusienses decentius valeat reformari, quo fuerit, debitorum, census et praestationum oneribus liberatum vobis etiam duximus committendum, quatenus, si aliqua redemptio, luctio vel exoneratio fiat de aliquo debito, censu vel praestatione alicui ecclesiae vel monasterio pertinenti in contractibus inde fiendis, vice nostra autoritatem et decretum interponere valeatis, prospicientes attente, ut pretium inde solvendum in utilitatem ipsius monasterii ut ecclesiae distrahentis infallibiliter convertatur. In quorum omnium fidem has nostras literas fieri jussimus sigilli nostri appensione munitas, datum Heydelberge sub anno a nati-
vitate milesimo quadringentesimo tricesimo primo, Indictione nona, pontificatus in Christo patris et Domini nostri Domini Eugenii divina providentia papae quarti, anno ejus primo, die vero Martis, vicesima quarta mensis Aprilis.

Quibus literis sic per nos ut profertur receptis, fuimus pro parte dictorum venerabilium dominorum Petri Abbatis, Petri Prioris et Conradi monachi monasterii Scti. Xisti in Rutila dicti

ordinis Scti. Benedicti tunc conventum repraesentantium, cum instantia debita requisiti, ut ad executionem earundem literarum ac juxta tenorem ipsarum procedere dignaremur.

Nos igitur Commissarius, volentes hujusmodi literis obedire, ut tenemur, attendentesque verbum Apostoli dicentis: »nemini cito manus imponas,« nimirum in hac parte proclamationis seu citationis edictum emisimus, in quo citavimus et citari mandavimus ac fecimus per edictum et ante valvas ecclesiae cathedralis Trevirensis et alibi, omnes et singulos sua in hac parte interesse putantes et se dictis commissionis literis et in eis contentis opponere volentes, ut comparerent coram nobis in choro monasterii Scti. Xisti Rutilensis antedicti Sabbatho videlicet secunda die mensis Junii hora octava de mane, si dies ipsa juridica foret, alioquin proxima die juridica ex tunc sequenti, ad opponendum se dictis literis commissionis ac ad dicendum contra hujusmodi commissionem et in ea contenta nec non ad docentes et informantes nos de jure suo, si quod se habere, praetenderent in praemissis, ad videndumque et audiendum per nos procedi in hujusmodi nobis commisso negotio cum effectu, cum intimatione, quod, sive venerint sive non, nos in hujusmodi nobis commisso negotio ad translationem ac omnia alia et singula in eisdem literis contenta juxta formam et tenorem antedictae commissionis, eorundem citatorum et non comparentium contumacia seu absentia non obstante, prout de jure possemus, procederemus, prout haec et alia in ipsis literis citationis plenius continentur. Advenientibus igitur dictis die et hora, comparuit coram nobis religiosus in Christo Dms Petrus de Moguntia, rector Domus rivuli Setae. Mariae prope Sirke ordinis Cartusiensis, et contumaciam in hac parte citatorum et non apparentium, etiam minus sufficienter comparentium accusavit ac per nos in hujusmodi nobis commisso negotio ad executionem dictarum literarum cum effectu procedi postulavit. Factis igitur ternis proclamationibus seu edictis, ut est moris, et nemine ex adversis comparente, exigente justitia, citatos in hac parte et non apparentes reputavimus et praesentibus reputamus contumaces et in ipsorum contumaciam, posthabita per nos diligenti inquisitione juxta formam commissionis super eo videlicet, quod pro dolor dictum monasterium Scti. Xisti in Rutila adeo depauperatum in facultatibus collapsumque et in personis desolatum existat, quod in eo ob praedictas et alias causas cum praefatis Abbate et monachis regularis observantia vigere non potest, ipsisque Dmo Petro Abbati, Petro priore et Conrado monachis solis ibidem vivendi vix sufficiant facultates, receptisque per nos super his et aliis circumstantiis merito in hac parte considerandis, maturo consilio ac deliberatione tractatibusque diversis praelibatis, ne idem monasterium contingeret

suarum molestiarum gravaminumque dispendiosa perpetuis temporibus deplorare incommoda, hujusmodi translationem perpendimus atque consideravimus nedum fore expedientem, sed necessariam. Quapropter dictum monasterium Scti. Xisti in Rutila ordinis S. Benedicti cum omnibus et singulis bonis, juribus, censibus, redditibus, villis, curiis, curtibus, decimis et specialiter cum Ecclesiis olim dicto monasterio unitis et incorporatis sive tanquam jus patronatus ipsi collatis vel sic habitis et continue pacifice possessis et emolumentis et pertinentiis suis universis, quocumque nomine censeantur, autoritate nobis in hac parte commissa, in dictum ordinem Cartusiensem duximus transferendum et his scriptis plenarie transferimus, decernentes et per praesentes, ipsum monasterium Scti. Xisti abinde ab ordine Scti. Benedicti separatum fore dictoque ordini incorporatum ejusque regulari observantiae esse subjectum ipsique ordini Cartusiensi per priorem vel ministros, quos ad hoc duxerit deputandos, administrationem omnium bonorum et jurium dicti monasterii plenarie pertinere. Exhortamur nihilominus et praecipimus ipsis priori et cartusiensibus pro tempore existentibus, quatenus desuper de recuperandis possessionibus omnimodam et exactam faciant diligentiam, ut de redditibus, quos jam habet redimendis recuperetur aut aliunde per dictos Cartusienses provideatur, ut ibidem unus perfectus conventus valeat Altissimo famulari, providentes tamen nihilominus, quod tempore medio in eorum monasterio conventus ordinetur et divinum obsequium sub regulari observantia celebretur, quantum facultates monasterii, temporum et rerum qualitas exigunt, super omnibus et singulis conscientias eorundem oneramus. Juribus commodosis ordinarii atque juribus advocatorum, archidiaconi et aliorum, quorum interest, salvis, quibus per hanc nostram translationem minime volumus derogare, sed eadem ipsis reservamus illaesa. Quare vobis universis et singulis praedictis, qui super hoc requisiti fueritis seu requisiti, in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena firmiter et districte praecipientes mandamus, quatenus dictum monasterium S. Xisti aut alibi, ubi propter hoc fuerit, accedentes personaliter accedatis et hunc nostrum processum translationis legatis, insinuetis et publicetis legique insinuari et publicari in praesentia illorum, quorum interest seu interesse poterit, procuretis ipsosque fratres Cartusienses in corporalem et realem possessionem ipsius monasterii S. Xysti in Rutila juriumque et pertinentiarum universarum ejusdem inducatis, praecipientes nihilominus autoritate nostra immo verius apostolica omnibus et singulis praelibato monasterio subjectis ac aliis, quorum interest seu interesse poterit, quibus et nos tenore praesentium praecipimus et mandamus, ut praefatis dominis ac fratribus cartusiensibus tanquam veris dominis monasterii Scti. Xysti in Rutila obediant et intendant, ipsisque de ipsius monasterii

Scti. Xysti fructibus, redditibus, juribus, proventibus et conventi-
onibus universis et singulis respondeant integre et complete et
ab aliis, quantum in eis est, responderi faciant, alioquin contra
contradictores et rebelles, si qui fuerint in praemissis, per censuras
ecclesiasticas, prout de jure poterimus, procedemus. In quorum
omnium et singulorum praemissorum testimonium praesentes
litteras seu praesens publicum instrumentum, processum nostrum
hujusmodi continens, per normam publicam infrascriptam publicari
mandavimus nostrique sigilli appensione communiri. Datum et
actum in choro monasterii antedicti S. Xysti sub anno milesimo
quadringentesimo trigesimo primo, indictione nona, pontificatus
sanctissimi in Christo patris et admodum reverendi Domini Eugenii
papae quarti, anno ejus primo, mensis Junii die secunda et
hora praescriptis.

IV.

Bulle der Synode von Basel vom 4. Juli 1434,

durch welche Abt Rode von St. Matthias mit der Reformirung der Benedictiner-
klöster in den Erzdiöcesen Trier und Cöln bevollmächtigt wird.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis in Spiritu sancto
legitime congregata, universalem ecclesiam repraesentans dilecto
ecclesiae Filio Johanni Abbati monasterii Scti Matthiae prope
Trevirim ordinis sancti Benedicti Salutem et omnipotentis Dei
Benedictionem. Quum inter alia sanctitatis opera propter quae
hoc sacrum concilium in spiritu sancto est congregatum, sit
sanctae reformationis prosecutio praesertim in statu ecclesiastico,
quae permaxime nobis est cordi. Ideo omnem diligentiam merito
adhibere debemus, ut tam sanctum opus ecclesiae Dei plurimum
necessarium debitae executioni demandetur. Et quum sacer ordo
sancti Benedicti almi confessoris christianae religionis maximum
et honorabile membrum existit et, quod dolenter referimus, in
plerisque mundi partibus non mediocriter a primaeva sua institutione
collapsum sit, nostro officio incumbit, omnem operam apponere,
ut ipse sacer ordo ad regularem observantiam et debitum vivendi
modum secundum ipsius ordinis institutionem reducatur. Ne autem
hoc negotium aliquo modo negligi vel differri valeat et ut eo
melioere sortiatur effectum, quo majori fuerit autoritate munitum,
tibi, de cujus prudentia, integritate et zelo domus Dei plurimum
confidimus, tenore praesentium, committimus, et in virtute sanctae
obedientiae districtae praeciipiendo mandamus, ut coassumptis notario
et testibus fide dignis ad haec necessariis, etiam si opus fuit per
censuram ecclesiasticam compellendis per te vel alium aut alios,
quos ad hoc idoneos putaveris a te assumendos seu substituendos,
quaecunque monasteria utriusque sexus praedicti ordinis sancti
Benedicti in provinciis Trevieren. et Colonien. cum omni diligentia

et sollicitudine visites et in ipsis tam in capitibus quam in singulis membris inquisitionis, correctionis et reformationis officium summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, sublato cujuscunque appellationis subterfugio, exerceas et ipsa integre reformes et ad regularem observantiam reducas, inutilia et damnosa evellendo penitus et dissipando, utilia vero et necessaria plantando et aedificando, etiam usque ad privationem et incarcerationem inclusive tam Abbatum et Abbatissarum, quam etiam cujuscunque alterius personae religiosae de praedictis monasteriis, si eorum demerita deposcant, et tibi et a te substituendis visum fuerit faciendum. Invocando etiam ad hoc auxilium brachii saecularis, pro quo invocando omnibus Christi fidelibus, qui per te et a te substituendis fuerint requisiti, in virtute sanctae obedientiae et remissionem peccaminum suorum injungimus, quodsi et in quantum ad hujusmodi tam sanctum opus fuerint invocati, quod omni excusatione semota, tibi et a te substituendis obediant et usque ad finem actus diligenter et ad effectum assistant. In electione vero seu postulatione futuri Abbatis vel Abbatissae praetactorum monasteriorum necnon in ipsorum confirmatione et benedictione decreta hujus sacri concilii Basiliensis volumus et in omnibus praecipimus stricte observari. Et si monachi vel moniales eorundem monasteriorum in Abbatem vel Abbatissam ipsorum personam inhabilem aut minus idoneam, quod absit, elegerint seu postulaverint, quod tibi et a te deputandis iudicio discernendum committimus, ex tunc novi Abbatis vel Abbatissae saepe dictorum monasteriorum hujusmodi electio aut postulatio ad te et a te deputandos ipso facto devolvatur. Et ne praedictum opus reformationis per absentiam vel contumaciam cujuscunque quomodolibet impediatur, tibi et a te substituendis plenam auctoritatem citandi damus et concedimus, eosdem etiam, si necesse fuerit per edictum necnon interdictum fulminare et fulminatum relaxare. Concedimus etiam tibi et a te substituendis auctoritatem plenissimam omnes et singulas personas regulares praedictorum monasteriorum, qui se sacrae observantiae eis per vos imponendae humiliter et ad effectum submittere voluerint, a cunctis criminibus et peccatis, quae tibi et a te substituendis confitebuntur, excommunicationibus, suspensionibus, interdictis aliisque ecclesiasticis censuris et poenis absolvendi — necnon cum eisdem super quacunque irregularitate, in excommunicatione, vel suspensione in miscendo se divinis contracta dispensandi omnemque inhabilitatem et infamiae maculam in praemissis abolendi. Non obstantibus in singulis praemissis constitutionibus apostolicis aut aliis contrariis quibuscunque. Et ut hoc sanctum opus expeditum et felicem habeat progressum, in virtute sanctae obedientiae et sub excommunicationis poena districte praecipiendo mandamus omnibus et singulis tam ecclesiasticis quam saecula-

ribus personis cujuscunque status, dignitatis aut conditionis existant, etiamsi pontificati praeferantur dignitate, ut nullum in praedictum impedimentum per se vel alium directe vel indirecte quacunque occasione faciant vel procurent nec per alios fieri permittant quinimmo tibi et a te substituendis in omnibus praefatum negotium concernentibus consiliis et auxiliis opportunis faveant, obediant et assistant. Datum Basilee IV^o Nonas Julii anno a nativitate milesimo quadringentesimo tricesimo quarto.

Vorstehende Bulle der Synode von Basel an Abt Rode von St. Matthias habe ich einem Pergamentcodex der Stadtbibliothek in Trier entnommen, welcher im Cataloge unter dem Titel: Reformatio monialium nr. 213 sich verzeichnet findet. Der Codex enthält auf 8 Blättern die Statuten der Reformation des Frauenklosters Marienberg bei Boppard, welche Abt Rode unter der Aebtissin Isemgard von Greiffenklau, der Tante des nachherigen Erzbischofs Richard von Trier, im Jahre 1437 ins Werk gesetzt hat. Am Schlusse der Statuten ist die Abschrift der Bulle beigefügt. Vergleiche Marx, Erzstift Trier 3, 499. Gallia Christiana 13, 619.

Die Bevollmächtigung an Rode erstreckt sich nur auf die beiden Ordensprovinzen Trier und Cöln, und nicht, wie Marx am a. O. schreibt, auch auf die Bisthümer Speier, Worms und Strassburg. Die Angabe von Marx ist somit nach dem Wortlaute der Bulle richtig zu stellen.

V.

Bulle der Synode von Basel vom 12. Februar 1437,

durch welche die Aebte von St. Matthias bei Trier, St. Martin in Cöln, St. Pirmin zu Hornbach und St. Jacob in Lüttich beauftragt werden, ein Provincial-Capitel für die Ordensprovinzen Trier und Cöln zu St. Pantaleon in Cöln abzuhalten.

Sacrosancta generalis Synodus Basileensis, in spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repraesentans, Dilectis ecclesiae filiis sancti Matthiae extra muros Treveren., sancti Martini Colonien., sancti Pirminii Hornbacên., Metensis Dioces., sancti Jacobi Leodien. monasteriorum Abbatibus ordinis s. Benedicti Treveren. et Colonien. provinciarum unam repraesentantibus, ordinis praefati praesidentibus Salutem et omnipotentis Dei benedictionem. Vetus tradit autoritas et experientia manifestat, quod parum est, jura condere quantumcunque celebria, nisi ea executioni debitae demandentur. Olim diversis retroactis temporibus tam generale concilium quam Honorius Tertius ac etiam Benedictus Duodecimus felicitis memoriae Romani Pontifices super provincialibus capitulis in ipsa Religione et ordine de triennio in triennium celebrandis et de generalibus ipsorum capitulis tenendis

annis singulis statuta salubria multa maturitate digesta leguntur edidisse. Quae quidem capitula provincialia necnon et generalia in regionibus quam plurimis raro a longis temporibus executioni mandata ferantur, ex quorum ommissione multa in spiritualibus et temporalibus incommoda et fere irrecuperabilia detrimenta religioni hujusmodi pervenerunt. Cum itaque ex hujusmodi capitulorum celebratione depravorum correctio morum, reformatio plurium malorum et vitatio et multiplicis boni promotio, non dubium soleant evenire, Nos, qui reformationem hujusmodi sacrae religionis et ordinis, cujus sanctitatem et venerationem ostendunt, documenta, patrum, in visceribus gerimus caritatis, proposuimus, quae circa hoc ommissa sunt, restaurare atque specialiter novas dictarum constitutionum executiones, ubi veteres secundum illarum tenores non reperiuntur, ordinare, antequam sacrum dissolvatur concilium et pro nunc Treveren. et Colonien. provinciis, quae unam repraesentant, volumus et ordinamus, quod provinciale capitulum Abbatum, et priorum seu praepositorum proprios Abbates non habentium in dictis Treveren. et Colonien. provinciis unam repraesentantibus consistentium celebretur in dicta civitate colonien. in monasterio seti Pantaleonis dicti ordinis. Eapropter vobis et cuilibet vestrum, qui super hoc fuerit requisitus, et sub poena excommunicationis mandamus, quatenus autoritate nostra citet precise et peremptorie omnes et singulos Abbates et priores seu praepositos hujusmodi ordinis proprios Abbates non habentes provinciarum Treveren. et Colonien., quos etiam nos citamus, ut dominica Jubilate proxime futura, quae erit vicesima prima mensis Aprilis, in civitate praedicta et in dicto monasterio personaliter compareant ad celebrandum hujusmodi capitulum provinciale pro ipsius ordinis reformatione die ipsa cum continuatione dierum sequentium secundum exigentiam negotiorum et secundum tenorem dictarum constitutionum, rursusque sua capitula tam generalia quam provincialia secundum dictarum constitutionum tenorem continuent. Nec inde ante dicti capituli seu inantea celebrandorum capitulorum provincialium consummationem et conclusionem, etiamsi dictum capitulum negotiorum exigente gravitate ultra terminum in dictis constitutionibus expressum contingat, prolongari, recedant absque causa rationabili et praesidentium licentia speciali, significantes nihilominus et intimantes seriem harum praesentium omnibus et singulis conventibus monasteriorum provincialium praefatarum dicti ordinis, quatenus, si ipsi velint interesse in praefato capitulo, querelas ferre et instructiones dare, venire valeant et veniant, sic velint et sua putaverint interesse, prohibitione suorum superiorum non obstante. Quidquid autem feceritis in praemissis, nos vel dictum capitulum per literas sufficientes certificare curetis ad poenas debitas in benedictina contentas processuris contra illos, qui nostris in hac parte

renuerint obtemperare mandatis. Datum Basilaee secundo Idus Februarii, anno a nativitate Domini milesimo quadingentesimo tricesimo septimo.

Vorstehende Bulle der Baseler Synode, gerichtet an vier Benedictiner-Aebte aus den Diöcesen Trier, Cöln, Metz und Lüttich, an deren Spitze Abt Rode von Matthias gestellt ist, findet sich im Original in der Stadtbibliothek zu Trier unter C. n. 7. Das Sigillum ist aus Blei und mit Hanfschnur angeheftet. Auf dem Avers steht: † Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis. Auf dem Revers sind Bildwerke, und zwar: Oben Salvator, darunter Taube mit Strahlen, darunter die Versammlung der Concilsväter.

Das Benedictinerinnenstift Gandersheim und Hrotsuitha, die »Zierde des Benedictinerordens.«

(Von Otto Grashof, Priester der Diöcese Hildesheim.)

(Fortsetzung von Heft 3, Jahrg. VI, Seite 78—99.)

IV. Die Werke Hrotsuitha's.

Wie war es möglich, dass Hrotsuitha, die reichbegnadete Dichterin, sowie ihre Werke Jahrhunderte lang im Dunkel völliger Vergessenheit ruhten, dass selbst in Gandersheim die Erinnerung an den »clamor validus Gandesheimensis« gänzlich erlosch? Wir werden später, wenn wir den Faden der Geschichte des Gandersheimer Stiftes wieder aufnehmen, sehen, dass schon sehr bald, nachdem Hrotsuitha geblühet, in der herrlichen Liudolfingischen Stiftung ein Geist sich geltend machte, der weit verschieden war von dem Geiste der ersten grossen Aebtissinnen, dass, irregeleitet von einer selbst irrenden Führerin, die Gandersheimer Nonnen sich mit Gegenständen beschäftigten, unter denen nothwendig in gleicher Weise die Werke der Ascese wie der Wissenschaft leiden mussten. Dazu kommt, dass allem Anscheine nach die Schriften Hrotsuitha's von vorn herein sehr wenig vervielfältigt wurden. Weder innerhalb noch ausserhalb des Stiftes dürften mehrere Abschriften von demselben genommen sein — eine Vermuthung, zu welcher leicht die Thatsache hindrängt, dass wir heute nur eine einzige Handschrift von Hrotsuitha's Werken besitzen. Und dieser einzige Codex hatte sich inzwischen aus Gandersheim's Mauern weithin verirrt, und wenn man dort, wo er aufbewahrt wurde, auch recht wohl wusste, welch ein